Dn. Cos. Danieli à Buren Bremae de Ao 1567.
119)

Pax Christi.

[= Archiv. a. 7 = Nr. 175]

Sedemque etiam nunc Duisburgi, consul clarissime:
responsum aliquod isthinc ad fratres nostros tum ce-
teras pene jam improbos avidissime expectantes.
Scripsere jam pridem cal. Februarii neque Dn. Her-
mannus Scholarcha alius certo de sua me voluntate
certiorem fecit. Quid facerem? hic graveis sumptus
fero cum damno isthic (quantum intelligo) meus re-
ditus diripiuntur opes. Constitueram cum Deo sub
decimum Januarium tabellariis isthinc venturis me adjun-
gere, neque cum meis familiaribusque itinera dare. Sed
neque jam illico per saevissimas tempestates, neque
qui nos hic peregrinantes aluerunt prius mihi con-
cedere filios volunt, quam responsum missum est,
hoc munio primum fratris ne jam a contagio expiata
sint isthic omnia. Tum autem quatenus satisfa-
ceris? qua spe denique quove consilio ituri isthuc
simus? Ex tunc cui referre curiosum videat, scis tu
ideoque in eundi propediem itineris gratia in magna
solicitudine esse, cujus pericula si sobris meorum
corporisque evaserim, non ducerem sumptus aliosque nonexi-
guas in lucro (sub ille loquitur) reputare. Intelli-
gebat Dusmarum Cons. Prudentia, me nisi collegas
uno mecum jugo nitentes habeam nihil scholis ve-
stris conferre posse. Dicebat id quoque, ante annos
septem me ideo magno dispendio Brema emigrasse
ad homines ignotos, quod istiusmodi clamitosorum
monomachias perferre non possem, quibus quando
id video studio esse, ut strenuos probos deformet,
timidis autem fugam imponant; nulla mercede
conduci possum, aut diutius sustineam in eadem cum
ipsis cavea concludi. Cariores sunt enim meo cordi
socii piorum Fratrum, quos isti mataeologi singula-
res appellant, quam ut velim hac conditione ipse il-
lis congressibusque adjungere ubi tam pretiosa corporis
Christi membra procacibus linguis e sublimi solio
publice impuneque lacerantur, sed illuc redeo. Sci-
ebant Scholarchae prudentissimi, nullam unquam
pacem scholis inesse posse: donec huic pusillo

Rectori tanquam equo senescenti, diversae facti-
onis feroces pulli in eadem planitie pungerent,
fuerat igitur satius (meo quidem judicio) pestis
interventu excussimus plaudere in veste mittere
Molanum: quam ad eandem contentiosas revo-
cato, novas et quidem irreconciliabiles turbas
concitare. Non sum turbulentus in his, quae sal-
vis conscientiae regulis dissimulari poterunt:
sed quae cunque ad sinceram mihi concreditae juven-
tutis institutionem atque ad veros Dei cultus
pertinent, in his emoriar potius, quam ut praediam
in aliquam indignam libero spiritu servitutem.
Consulite tranquillitati vestrae, inveniatis ali-
um ducem, cui non sit tam frigidus circa praecor-
dia sanguis. id ego si per hunc tabellarium cum gra-
tia impetrero, veniam isthuc ad amicos salutandos
vestrosque, sin per epistolam nihil effecero, veniam
cum familia, coramque facturus periculum, quanto pron-
tiores sint animi, quando coram sit melius audire et col-
loqui, quam literis experiri. Sempe autem eodem re-
solvetur controversiae cardo. Nisi enim obstacula
quae scitis, e medio removeantur, nullis me machinis
retinere poteritis in ista gubernatione. Hunc
animum mihi non faciunt, aliunde oblatae con-
ditiones. Hieronimo [illegible] fui antequam isthinc
abirem, hunc saepe [illegible] indicavi praesens. Hunc
Doctori [illegible] prolixe testatus sum calendis Nove-
mbris, quo tempore [illegible] Heidelberga, nec
literas [illegible] miserant patriotae, hunc animum mihi
peperit dira necessitas, hunc praesens, absens, quo
compendio, quove dispendio retinebo. Vale. [illegible]
Febr: Duisburgi 1667.

Johannes Molan[illegible].

120)

[= Mscr. a. 7: N. 175a]

Pax Christi

Incommode id accidit Clariss. Doctor, ut nuncium vestri
magna et item altera dicenda intervertere, augent
enim sumptus non necessarii, quibus non mediocri-
ter gravati sumus. [illegible] ad sal: Februarii
vel aliquid certi responsum expectaturum, sed facile
conspicio, crebras tempestates in mora fuisse.